

(2)

P R A X I S  
S I G N A T V R A E  
G R A T I A E

Clarissimi Iurisperiti, & celeberrimi in Curia  
Romana aduocati

D. Q V I N T I L I A N I M A N D O S I I,  
O M N I B V S P O N T I F I C I I E T C A E S A R E I  
iuris studiosis, caufarum patronis, & iudicantibus  
in eadem curia maximè uerfantibus  
utilis, & neceffaria,

*HAC POSTERA EDITIONE AB AVCTORE  
ipfo reuifa, meliori ordine difpofita, ac multis magnisq;  
eiusdem additionibus ubiq; locupletata.*



VENETIIS, Apud Ioan. Varifcum, & focios.  
M D L X X I.

2

# DIVO PIO V. PONT.

ITADOV M A X. MANDOSIUS  
QVINTILIANVS MANDOSIVS.



VM iam Pater Sanctissime libellum super Signaturæ gratiæ stylo edidissim, quem postea pluribus additis, & immutatis uberio rem, atque emendatior em reddidi, nunc pro communi omnium utilitate typis excudendum tradere, tuoque sacratissimo numini dicare, omnibus ex causis decreui. Atque (ut cæteras omittam) ea est potissima, quòd si de Signaturæ obseruatione in concedendis, dene-gandis, seu limitandis rescriptis gratiam concernenti-bus, ac de Signaturæ gratiæ praxi, & theoria apud te omnium qui sunt, fuerunt, & erunt, uirtute, sapien-tia, & gloria longè principem tractarem, meritò re-præhensione dignus uiderer, quippe qui, Dei uices in terris gerens, Signaturæ huiusmodi curam peculiarem habere uideris: pieque, & prudenter eam immutas, mo-deraris, instauras. Quamobrem ni scripta mea tuo sa-no iudicio, ac censuræ subijcerem, profitererque, si a te illa comprobentur apud omnes ualida futura, fateri profectò cogerer, me in Phormionis peripatetici erro rem incidisse, qui cum apud Annibalem, qui multos annos de imperio cū populo Romano omnium gen-tium uictore strenuè certauerat, de officio Imperatoris copiosissimè disseruisset, non iniuria reprehendi me-ruit. Accipe igitur diuine princeps æquo animo obse-cro hūc libellū, & me admitte, & uiue diu fœlicissimè.

DOMINI QUINTILIANI  
MANDOSII ADVOCATI  
ROMANI,

P R A X I S

SIGNATURAE GRATIAE,

Cum suis clausulis, quibus concedi, denegari, & limi-  
tari solet, omnibus (praesertim in Romana curia  
versantibus) utilis & necessaria, ab eodem auctore  
recognita, meliori ordine disposita, & multis ma-  
gisq; additionibus ubique amplificata



**S**IGNATURAE Gratia amplissimus est campus, eiusque  
observationes diuersis temporibus diuersae fuerunt. Quae,  
& quibus modis gratiae beneficiariae, & aliae signentur, tracta-  
ui super Regula xxxvii. de signa. per fiat, & per concessum,  
ubi etiam alia non uulgaria pro signatura Gratiae prosequu-  
tus sum: Nunc solum eiusdem signaturae percurram: Et quia  
is potissimum circa beneficiorum promissiones uersatur, ab il-  
lis exordiar. Et quia plura a sacro Concilio Tridentino nouis-  
sime immutata suere super ipsa signatura, ac gratiae concedendis, nun-  
quam tamen oportunitus sese obtulit, qui nunc super huiusmodi signatura postre-  
mam apponere manum: Decretaque sacrosancti concilii praedicti proprijs in signatu-  
rae locis simpliciter, & prout acent, citare.

Prius tractandum esset, quomodo gratia sumatur, pro quo diuus Thomas prima  
secundae q6. 1. 10. art. 1. primo pro dilectione alicuius, secundo pro aliquo dono gra-  
tis dato, tertio pro recompensatione beneficii gratis dati, uideantur glo. & Docto. in  
de. 1. de magi. & Archi in e. gratia 1. quaest. 1. ubi docet in scripturis octo modis ac-  
cipi gratiam, sequitur Luc. de pen. subdens gratiam esse nome generale, sicut est res,  
in 1. 3. in uer. gratia. C. de iur. filci. lib. x. Gratiam facere, est ex strictiori iure aliquid im-  
minuere, uel remittere. Lilius lib. 3. Omnium tibi Appi Claudi, quae impie, nefarie-  
que per blandum alia super alia es ausus gratiam tibi facio. Sic & facere gratiam ius-  
iurandi, est iusiurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hic tibi est, ne tu speres, iusi-  
urandi uolo gratiam facere. Gratia etiam pro dono, seu premio 1. ad Corinth. 15. Gra-  
tia autem Dei suat id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit etc. & 1. ad Co-  
rinth. 6. Adiurantes autem exortamur ne in uanum gratiam Dei recipiatis. Gratia  
item pro amore, dilectione, beneuolentia, seu fauore. Nume. 11. Eo inueniam gratia  
in oculis tuis. Caesar lib. 3. Belli Galli. non multum post prin. Id factum (inquit) gra-  
uiter tunc Induciomarus suam gratiam inter suos minui. M. Tullius in prin. Oratio  
pro P. Quin. Quae sint rescripta gratiae, & quae iustitiae, & in quibus inter se differant,  
uidere

TRACTATUS  
DE INHIBITIONIBVS  
CLARISS. IVRISCON. ET CELE-  
berrimi in curia Romana aduocati

D. Quintiliani Mandosij,

OMNIBVS, ET PONTIFICII ET CAESAREI  
iuris studiosis, caufarum Patronis, ac iudicentibus  
vtilis, & neceffarius.

*Cum Summarijs, & Indice locupletiffimo.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum. M D LXXI.